UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Latus Boreale Sardiniæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Visual Library

men inditum Inſulæ: ſecuti ſunt Græci Bœotij Duce Ariſtæo non vt mercatores, quod ante Sardum fecerant, & hanc Ichnuſam appellarant, ſed vt victores & coloni. Hiſpani poſtmodum venerunt Duce Norace, qui Noram illic condidit. Exinde Theſpienſes cum Iolao, & Ilienſes poſt Troiam incenſam. Græci verò cùm in omnes Inſulas effunderent Colonias, hîc quoque ſuas affixere; venere quoque & Locrenſes teſte Solino, & Carthaginienſes, ſed paulò ante Cyri tempora, vt ex Oroſij & Iuſtini dictis colligitur: certè Olymp. 97. an. 1. adhuc Græcis parebat; ſed poſt annos tredecim eorum iugum excuſſere Sardi, quod tamen paulò pòſt recepere vt ex Diod. lib. 14. & 15. intelligitur. Ante primum bellum Punicum non eſt tentata à Romanis, eóque confecto iis ceſſit, rebellauit autem 2. bello Punico, ſed ſtatim domita eſt: quamquam Montana incolentes numquam planè aut à Pœnis, aut à Romanis ſubiugari potuerint.

§. 4. *Geographica deſcriptio Sardiniæ.*

NVM. I. *Latus Boreale Sardiniæ.*

VRBES	Iuliola: hodie *Caſtro di Doria.* Plubium: ex Ptolemaico ſitu *S. Reparata.*
PROMONTORIA	EREBANTIVM: *Capo della Teſta*, aliter *di S. Reparata.* VRSI Pro. *Capo dell' Orſo.*
MINORES INSVLÆ	Nymphæa: hodie *Paraguana.* Phintonis, ſeu Fintonis: *Iſola di Figo.* Foſſa, Græcis Taphros: *Iſola Roſſa*: eodem nomine dicebatur Fretum inter Corſicam & Sardiniam.

NVM. 2. *Latus Occidentale Sardiniæ.*

VR-	TIBVLA, Tibulæ Antonino: *Caſtro Aragoneſe.* TVRRIS LIBISSONIS, quam vnam Coloniam Sardiniæ vocat Plinius; apud Antoninum ad Turrem: hodie *Torre.* Tilium, ſeu Tillium: *Argentera.* Nymphæus Portus: hodie *Porticiuolo* oppidi *Mõte Giraro.*